onum ubi ait· Ego autem suspirabam ligat⁹
non ferro alieno·sed mea ferrea volūtate
velle meum tenebat inimicus· Et inde ca
thenam meam fecerat ⁊ constrinxerat ꝗp
pe ex voluntate perversa facta est libido·
et dum servitur libidini facta est consuetu
do / et dum consuetudini non resistitur / fa
cta est necessitas quibus ansulis sibimet co
nexis· Unde cathenam appellavi tenebat
me obstrictum dura servitus· Hec autem
cathena dissoluitur / et littera mortis hu=
ius aboletur per legem scriptam· Econtra
rio in spiritu qui vivificat· Et hoc fit ad in
star petri cathenati / cui primo in carcere
lumen refulsit· Deinde excitavit eum ange
lus dicens· Surge velociter / et tunc tercō
ceciderunt cathene de manibus· Sic hic
primo peccator illuminatur a deo ad reco
gnitionem peccati· Deinde per divinā gra
tiam sublevatur / et tunc a vinculis pecca=
torum absolvitur· Hic processum est in au=
gustino qui primo sensit in se lumen gra=
tie illuminantis ad recognitōnem pecca=
torum· Unde septimo libro confessionum·
Intravi in intima mea et vidi lucem do=
mini et cetera· Et post Inveni me longe
esse a deo· Deinde excitatus est per grati=
am sublevantem· Unde octavo libro con=
fessionum· Non erat quod tibi responderē
dicenti michi· Surge qui dormis / et exur=
ge a mortuis / et illuminabit te xp̄us· Po
stremo ergo tota cathena peccatorum dis
soluta est· Unde secundo li· confessionum
ait· Gratie tue deputo / peccata mea tam
quam glaciem soluisti· Et sic patet ꝙ spi=
ritussanctus vivificat penitentes quos lit=
tera occiderat· Et quoniam mors illa val
de pestilens erat / quia mors peccatorum
pessima· Ideo econtra vivificatō summe ē
gaudiosa· Unde et mater Augustini q̄m=
plurimum fuit gavisa· cum vidit eum non
solum christianum· sed etiam talem doctorē
et mundi contemptorem ut in fine octavi
libri confessionum· Nec mirum quia ⁊ gau
dium est angelis dei super uno peccatore
penitentiam agente· ¶ D Quantum ve
ro ad statum activorum littera occidens ē
lex scripta in ratōne inferiori· Que lex ē na
turalis inclinatio ad sensibilia / cum ip̄a cō
iuncta sit sensualitati· unde videt sibi fre=
quenter porrigi pomum· Propter quod as
similatur mulieri· Et quia circa res corpora
les versatur faciliter inquinatur· ac per h°
littera occidit· Superior vero ratio que
eternis intendit est spiritus vivificans / q̄
viro comparatur· Unde ecclesiastici ulti=
mo melior est iniquitas viri q̄ benefaciens

mulier· Quod sic est intelligendum· Mu=
lier bene facit quando facit quod debet· i·
quando providet carni commoda sua· cui⁹
cura sibi commissa est· Vir autem bene fa
cit quando sursum tendit appetens que pla
cita sunt deo· Inique autē agit vir quan=
do carnem suam affligit et ei non solū sup
flua / sed etiam necessaria subtrahit ut sub
sit spiritui· Hec enim est iniquitas quibus
si equitas est carni quod suum est tribuere
non immerito iniquitas est ei debitum sub
trahere· Hec tamē iniquitas viri melior ē
q̄ benefaciens mulier· Quia melior est qui
per celeste desiderium accensus carnem si
am necessaria subtrahendo affligit· q̄ qui
per carnalem affectum resolut⁹ desideriis
ip̄ius per omnia satisfacit· Et adverte ꝙ
secundum hoc quando mulier bene facit v̄
tus non est· sed quando male facit culpa ē
Iniquitas autem viri desiderium est iusti=
cie bonitatis· Quando autem bene facit ꝑ
ceptio glorie est· ¶ E Quantum autem
ad statum contemplativorum littera occi
dens sunt species intelligibiles a sensibili=
bus accepte que sunt scripte in parte intel
lectiva· Hec littera occidit· quia quamdiu
in talibus speciebus fantasmatum specula
tur / a contemplatōne retardatur / que fit
in abstractōne mētis ab omni specie ex sen
sibilibus exquisita· Et hoc modo septies in
die cadit iustus· Qui casus est quedā mors
secundū Bernhardū· Et si mēs ad cōtem=
platōnem vivificari debeat oportet omēs
huiusmodi species supprimere· Exemplum
ī rachele que ydola q̄ furata fuit patri sub
fimo abscondit et desuper sedit· Sic mens
contemplative per rachelem significata
ydola et species naturaliter acquisitas de
bet sibiip̄i subtrahere et eas subtus se sup=
primere· et mentem nudam ad deum ele
vare· Iuxta illud Baruch sexto· Hierusalem
surge et sta in excelso et vide iocunditatem
que veniet tibi a dn̄o tuo· Sic fecit beat⁹
Augustinus cum stabat ad fenestram cum
matre et colloquebantur soli valde dulcit̄
Et cum ascendebant super omnes res cor=
porales et ultra solem et lunam et cetera·
Deinde ascendebant supra seip̄os ubi silēt
tumultus carnis / silent fantasie / silent po
li / et ip̄a anima sibi silet· silent somnia / si=
lent et imaginarie revelatōnes· et sic atti
gebant modico ictu in mentis vel intelli=
gentie regionem ubertatis indeficientis·
Unde subdit· Quale fuit hoc momentum
intelligentie cui suspiravimus· Nonne hoc
est intra in gaudium domini tui et cetera

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0268
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt